Franciſci Marii Grapaldi:poetæ Laureati:de Partibus Aedium:Addita
modo:Verborum explicatione:Quæ in eodem libro:continen-
tur:Opus Sane elegans:& eruditum:tum propter Mul-
tiugam:Variarum rerum:Lectionem:cũ propter
M.Vitruuii & Cornelii Celſi:emaculatas
dictiones:Quæ apud ipſos:Vel
Mẽdoſæ:Vel obſcuræ:
Videbãtur.

primus nautas uti docuit ut ſcribit Diodorus:Plinius: ab
Icaro uela reperta fuiſſe auctor eſt in ſeptimo. At in. xix.
apud Traconem inuenta refert Carbaſa: candida ea fue/
runt: Candori pertinace potiſſimum gratia permanente.
Ad Actium tamen Cleopatra purpureo uelo ueniſſe cum
M. Antonio & eodem fuiſſe memoratur. Antea Alexan/
der Macedo in Indo amne nauigans uerſicoloria primũ
in quodam ceramine nauali Naumachiam appellant: lin/ Naumachia
tea exhibuerat.Tranſierunt & lintea ad ſpectantium um/
bracula: id quod primus omnium. Q. Catulus campa/
nam imitatus luxuriam fecit cum capitolium dedicaret:
Carbaſina deinde inuexit in theatro Lentulus ſpinter a/
polinaribus ludis: mox Cæſar ille dictator totum forum
obumbrauit. Vtraq; autem e lino:unde nomina fuere.

GVttus uaſis genus erat ab eo dictus ꝙ gutta/
tim funderet:autor. M. Varro in libris de lin/
gua latina:eo in balneis uſi ſunt Ro.ueteres ad
oleum: quo poſt lauationem eorum corpora
in Alipthesio hoc eſt unctuario ita enim locus dicitur un/ Eleotheſium
ctor qui græce aliptes & pedotriba ungere conſueuerat. Vnctuarium
Hunc Apuleius in floridis ampulam oleariam pro gutto Alipites
poſuit. Fiebat autem ut plurimum e cornu bubalo. No/ Vnctor
biliores e cornu Rhinocerotis guttum habuerunt. Iuue. Pedottiba
magno cum Rhinocerote lauari qui ſolet. Et Epigrã.poe
ta in apophoretis Geſtauit modo fronte me iuuencus. Ve Rhinoceros
rum Rhinocerota me putabis.

STrigiles dictæ ſunt a ſtringẽdo:quod radere ſi/
gnificat:ut ſcribit Marcellus.Erant enim iſtru/
menta balnearia ideſt qbus utebantur i balne/
is maiores ad abradendũ ſudorẽ:ut nũc linteis
e corpore: & abſtergendas ſordes quas inde ſtrigmẽta ap/ Stigmenta
pellabant. [illegible] ſcus.I puer & ſtrigiles criſpini ad balnea defer.
Legimus apud Strabonem libro. xv. de moribus indo/
rum: Illos exercitium præcipue frictionem probare:& ma Frictio
xime ſtrigilibus Ebeni leuibus corpora expolire:reges quo/
q; corpora ſtrigilum perfrictione curare. Scribit Apuleius

ut in Iuuenta decóra eſt/ſic matura ſenectute conficitur
gracile corpus infirmum/obeſum hebes eſſe ſolet: Sed:
& Aphrodiſæo breui ſtatura homines proceris ut pluri
mum ſunt prudentiores: Vnde fons igeniorum Home/
rus *Vlyſſem* breuem ac prudentem Aiacem uero proce
rum & ſtolidum deſcribit:

Q uietalis Pluto infernus a priſcis dictus eſt / q̃ mors det Pluto Infern⁹
quietem erumnis erumnoſis mortalium /is autem mor
tuis dominantur:

Q uercera ſeu querquera/Febris Gellio ubi/Egrotationem
īquit cum febri rapida & quercera /illa ſignificatur quæ
frigida cum tremore hoīem uexat/Lucilius Querquera Querquera
conſequitur capitiſq; dolores/item iactans me ut febris
querquera / a græco certum eſt dici inquit Feſtus unde
& Carcer:

R Hododaphne Apuleio Roſa laurea di Roſa Laurea
citur: eadē Rhododēdron Plinius xvi. Rhododen/
quāuis herba dicatur ſabina rhododē dron
dron ut nomine apparet a græcis ue/ Herba Sabia
nit: alii Nerion / alii Rhododaphnen Nerion
ſempiternum frōde/ roſæ ſimilitudine Rhododaph/
caulibus fruticoſum/iumentis capriſq; nen
& ouibus uenenum eſt: idem homini contra ſerpētium Brathys
uenena remedio: de ſabina herba quæ ab hac omnino
alia: eſt diximus: græci Brathyn appellant: ut ſcribit Pli/
nius. xxiiii duoꝝ geneꝝ: altera Tamaricæ ſimilis/folio al
tera cupreſſo / partus emortuos appoſita exthrahit &
ſuffitu: Item lib. xvii. ſabina inquit herba propagine ſeri/
tur & auulſione: tradunt fece uini aut e parietibus latere
tuſo mire ali: hiſdē modis Roſmarinum ſerūt & ramo
qm̄ neutri ſemen: Rhododendron ꝑpagine & ſemine: Rin

R hinoceros animal a cornu quod illi in naribus eſt nomē Ceras
græce ſortitur ριν ρινοσ naris κερασ cornu/quaſi Na
ricornis: E cornu ipſo uas ad oleum in balneis fiebat eo/

Guttus — dē quo animal ipſum nomine/Iuuenali & Martiali:gut/
tus etiam balnearius nominatus: De rhinoceronte Pli/
Rhuncus — nius/ Solinus alii:tranſit & in deriſionis nomen a naſo/
Larchinus — ut rhoncus qui fit naribus: Larhinus magnas habens
nares:

Recidipna cœnatoria multi interpretantur:de quibus Sa/
tyrographus poeta: Ruſticus ille tuus ſumit recidipna
quirine δειπνον cœna unde αδειπνον i cœnatus
Iuuenalis loc⁹ — & δειπνοτηριον locus ad cœnādum:Politiāus Tre/
Trechedipna — chedipna rectius legebat de qbus & Plutarchus in ſym
poſiacis mētionem habeat:apud quem Trechedipnos
quoq; homines haberi conſtat/ quos etiam επιθυμο/
δειπνους uocant conuiuiis deditos:

Rhedimicula faſciolæ teniæq; a mitris pendentes: Maro.
Teniæ — & habent redimicula mitræ:Ponuntur & pro ornamē/
to capitis muliebris / & effœminatoꝝ: Satyrographus
poeta:Accipient te paulatim qui longa domi redimicu/
la ſumunt Frontibus & toto poſuere monilia collo:

Radios textricū & rotaꝝ ſciunt Idiotæ:Radius uirga qua
lineas producunt geometræ:utūtur & Aſtrologi: Radii
oblōgæ oliuæ:de alio eius ſignificatu diximus in grana
rio·Plena ſunt hoc noīe oīa gloſſemata & exc hartabu/
Vel radi⁹ aſtro — la:Sed & radius os ī brachi s Celſo dicitur lib .viii. κερ/
labiū eſt: — κιδιον per hypocoriſma:nam κερκις græcis eſt:

Reſegmina purgumēta/preſegmina/excrementa/quiſqui
liæ cum ſecantur unguium in pedibus manibuſq;:Plini⁹
xxviii. Omnia proſequuti uſq; ad reſegmina unguium
Lucanus Et ſiccæ pallida rodit.Excremēta manus:Plau
tus in Aul.quin ipſi pridem tonſor ungues dēpſerat/col
legit oīa abſtulit præſegmina/ſunt & Apuleio aurei aſi/
ni.ii.cadaueꝝ præſegmina ad artem magicam:

Caſtoꝝ pelles — Rhenones pelliceæ ueſtes:In cōmentariis reꝝ Diui Cæſa/
ris legimus Germanos parua habere ī uſu Rhenonum
tegmenta & ī Melpomone Herodoti apud Budinos &
Gelonos in lacu quodam capi luteas & caſtores quoꝝ
pelles ad rhenones faciendos conſuantur: